

ΔΙΚΑΣΤΙΚΗ ΑΠΟΦΑΣΗ.

ΖΕΥΓΑΡΙ ΕΠΑΝΑΣΤΑΤΩΝ ΤΙΜΩΡΕΙΤΑΙ ΜΕ ΙΣΟΒΙΑ ΕΞΟΡΙΑ ΟΧΙ ΜΟΝΟ ΑΠΟ ΤΗΝ ΚΡΗΤΗ
ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΑΠΟ ΟΛΗ ΤΗ ΒΕΝΕΤΙΚΗ ΕΠΙΚΡΑΤΕΙΑ

Χάνδακας, 1364, 2 Νοεμβρίου

«Die secundo Nouenbris, indictione tercia.

Per magnificos dominos Petrum Triuisano, Nicolaum Justiniano procurator sancti Marci, Johannem Mozenigo et Marcum Quirino Boecio, honorabiles prouisoires Crete, dictum est sententialiter:

quod Marinus Corigarius et Anixa vxor eius, qui tractabant cum rebellibus communis Veneciarum aliqua inhonesta contra honorem Dominacionis ducalis, sint perpetuo forbanniti de tota insula Crete, et de omnibus terris et locis communis Veneciarum de extra Culfum, tali conditione, quod si dicti Marinus et Aniza eius uxor, uel aliquis eorum, aliquot tempore uenerint in insulam Crete, uel terras et loca superius nominatas, et peruenerint in forcium Domini, debeant poni in carceribus, ibique finiant victam suam»²⁰⁰.

ΔΙΚΑΣΤΙΚΗ ΑΠΟΦΑΣΗ ΓΙΑ ΤΗΝ ΕΠΑΝΑΣΤΑΤΙΚΗ ΔΡΑΣΗ ΜΕΛΩΝ ΤΗΣ ΟΙΚΟΓΕΝΕΙΑΣ ΚΑΛΛΕΡΓΗ.
ΚΑΤΑΔΙΚΗ ΣΕ ΙΣΟΒΙΑ ΚΑΘΕΙΡΞΗ

Χάνδακας, 1367, 18 Μαΐου

«*Per magnificos dominos Johannem Dandulo militem et Paulum Lauredano, honorabiles prouisoires Crete, domino Petro Mauroceno, alio prouisore eorum socio, non existente in opinione cum eis, per sententiam dictum fuit: quod Leo et Alexi Kalergi fratres filij condam Johannis Kalergi proditoris justificati, detenti in carceribus Dominationis, qui, vt constitit dictis dominis, tempore rebellionis nuper preterite habuerunt malam dispositionem contra honorem Dominacionis; et vnus eorum, videlicet Alexius, fuit capitaneus in partibus de Stimboli, regulando et ordinando custodias dicti loci, et portando arma offensibilia et defensibilia super se; alius uero, videlicet Leo, mittebatur in Lasitum pro capitaneo tempore yemis, et propter niues magnas et tempestatem temporis remansit, et non iuit ad dictum locum; eciam quia constitit dominis ipsum Leonem usum fuisse inepta et enormia uerba contra honorem Dominationis, dicendo Johanni Kalergi patri suo, quod si faceret pacem de primo sero cum Dominatione, ipse rebellaret mane sequenti; mittantur Venecias sub bona custodia et in ferris cum galea cuius est supracomitus nobilis vir ser Andreas Mauroceno, recommendando eos dominis Johanni Geno et socijs, olim prouisoribus Crete; et in Venecijs poni debeant in uno de carceribus fortibus inferioribus, ubi finire debeant vitam suam.*

Data XVIII Maij, V^e indictionis, 1367»²⁰¹.

152

1352-1366. Νοταριακό πρωτόκολλο. Χάνδακας [λ].

A. Lombardo (ed.), *Zaccaria de Fredo. Notaio in Candia (1352-1357)*, Venezia 1968, σσ. 7-98, αρ. 1-131.

200. σ. 416, αρ. 28.

201. σ. 423, αρ. 35.

ΝΑΥΤΟΔΑΝΕΙΟ

Χάνδακας, 1352, 30 Ιουνίου

«*Papas Constantinus Macriducha.*

Eodem die.

Manifestum facimus nos Iani Foscolo et Hemanuel de Nigroponte habitatores burgi Candide atque Çaninus de Cipro habitator Candide quia cum nostris heredibus recepimus a te papati Constantino Macriducha habitatore burgi Candide et tuis heredibus yperpera in Creta currentia triginta novem, que nobis vice et nomine Mathei Gici, generi tui, in nostris utilitatibus dedisti et prestitisti. Que quidem debemus per nos vel per nostrum missum dare et solvere tibi vel tuo misso seu dicto Matheo Gici, aut alteri vestrum duorum, in cuius manibus hec manifestationis carta aparuerit, a modo usque ad menses sex proxime futuros vel antea, infra dies quindecim postquam non tres, vel duo, aut unus nostrum seu cocha ser Francisci Marcello aplicuerimus, vel aplicuerint seu aplicuerit Candidam de presenti viatico quod facturi sumus cum dicta cocha hinc Maiorichas et inde Venecias et de Veneciis Candidam redeundo, non mutando viaticum. Tamen tua suprascripta yperpera in tuo tali debent esse periculo maris et gencium clarefacto, in quali erit dicta cocha et merces onerate in illa, eundo et redeundo. Hec autem et cetera. Suprascripta yperpera in toto et parte. Et pro pena inde constituta yperpera viginti pro centenario yperperorum in ratione anni et cetera.

Testes: Iohannes de Placencia, Astoretus de Malatestinis et Georgius Ialina.

Complere et dare.

Dedi»²⁰².

153

1353. Απόφαση της κρητικής Αυθεντίας. Χάνδακας [λ].

Μ. Μανούσικας, «Ανέκδοτο γράμμα του Δούκα της Κρήτης (1353) για την κληρονομία του πλοιάρχου Marco Nani», *Σύμμεικτα προς τιμήν Ελευθερίου Α. Γεωργαντόπουλου*, Πειραιάς 1991, σ. 204.

154

1353-1372. Νοταριακές πράξεις. Ι.Μ. Πάτμου, Χάνδακας [λ].

G. Saint-Guillain, «L'Apocalypse et le sens des affaires. Les moines de Saint Jean de Patmos, leurs activités économiques et leurs relations avec les Latins (XIIIe et XIVe siècles)», *Chemins d'Outre-mer. Études d'histoire sur la Méditerranée médiévale offerts à Michel Balard*, τ. 2, Paris 2004, σσ. 788-790, αρ. 1-5.

202. αρ. 4.